

Ante divinum Officium

Aperi, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitatióibus; intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, attén-te ac devóte hoc Offícium recitáre váleam, et exaudíri mérear

ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

Preces feriales ad Laudes et Vesperas

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster, quod dicitur a solo Hebdomadario totum clara voce, usque ad ℣. Et ne nos indúcas in tentatió-nem. ℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

℣. Convértere, Dómine, úsquequo? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. ℟. Quemádmódum sperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam. ℟. Et sancti tui exsúltent.

℣. Orémus pro beatíssimo Papa nostro N. ℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum

in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Orémus et pro Antístite nostro N. ℟. Stet et pascat in fortitú-dine tua, Dómine, in sublimitáte nóminis tui.

℣. Dómine, salvum fac regem. ℟. Et exáudi nos in die, qua invocáverimus te.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bédedic hereditáti tuæ. ℟. Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.

℣. Meménto Congregatió-nis tuæ. ℟. Quam possedísti ab inítio.

℣. Fiat pax in virtúte tua. ℟. Et abundántia in túrribus tuis.

℣. Orémus pro benefactó-ribus nostris. ℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus,

SAlve, Regina, mater misericórdiæ; vita, dulcédo et spes nostra, salve. Ad te clamámus exsules filii Hevæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eja ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílum osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix. ℟. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

Oratio

OMnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto coope-ránte, præparásti : da, ut, cujus commemoratióne læ-támur; ejus pia intercessió-ne, ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur, Per eúmdem Christum, Dó-minum nostrum.

℟. Amen.

Post divinum Officium

Oratio

SAcrosáncæ et indivi-duæ Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitati, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Mariæ fecúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra,

nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sá-cula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portavérunt ætéрни Patris Fílium. ℟. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Et dicitur secreto Pater noster **et** Ave María.

Concordat cum originali. — IMPRIMATUR.

Tornaci, die 26 Februarii 1946.

J. LECOUVET, Vic. Gen.

Excerpta ex Ordinario

Psalmus 94

Veníte, exsultémus Dómino, acclamémus Petráe salútis nostræ : accedámus in conspéctum ejus cum láudibus, cum cánticis exsultémus ei.

Repetitur Invitatorium.

Nam Deus magnus est Dóminus, et Rex magnus super omnes deos : in manu ejus sunt profúnda terræ, et altitúdines móntium ipsíus sunt.

Altera pars Invitatorii.

Ipsíus est mare : nam ipse fecit illud, et terra sicca, quam formavérunt manus ejus : veníte, adorémus et procidámus, et génua flectámus Dómino qui fecit nos. Nam ipse est Deus noster; nos autem pópulus páscuæ ejus et oves manus ejus.

Repetitur Invitatorium.

Utinam hódie vocem ejus audiátis : « Nolíte obduráre corda vestra ut in Meríba, ut die Massa in desérto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt me, etsi víderant ópera mea.

Altera pars Invitatorii.

Quadragínta annos táduít me generatiónis illíus, et dixi : Pópulus errans corde

sunt, et non novérunt vias meas. Ideo jurávi in ira mea : non introíbunt in réquiem meam ».

Repetitur Invitatorium.

Glória Patri... Sicut erat...

Altera pars Invitatorii.

Repetitur Invitatorium.

In I Nocturno

et pro ij et v Feria

Absol. Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, et miserére nobis : Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sácula sæculórum. *℟.* Amen.

Bened. 1 Benedictiône perpétua benedícat nos Pater ætérnus. *℟.* Amen.

2 Unigénitus Dei Fílius nos benedícere et adjuváre dignétur. *℟.* Amen.

3 Spíritus Sancti grátia illumínet sensus et corda nostra. *℟.* Amen.

In II Nocturno

et pro iij et vj Feria

Absol. Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sácula sæculórum. *℟.* Amen.

Bened. 4 Deus Pater omnípotens sit nobis propítius et clemens. *℟.* Amen.

Magnificat * ánima mea
Dóminum;

Et exsultávit spíritus me-
us * in Deo salvatóre meo,

Quia respéxit humilitátem
ancillæ suæ : * ecce enim ex
hoc beátam me dicent om-
nes generatiónes,

Quia fecit mihi magna qui
potens est, * et sanctum
nomen ejus,

Et misericórdia ejus a pro-
génie in progénies * timén-
tibus eum. —

Fecit poténtiam bráchio
suo; * dispérsit superbos
mente cordis sui.

Depósuit poténtes de se-
de, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis,*
et dívites dimísit inánes. —

Suscépit Israël, servum
suum, * recordátus miseri-
córdiæ suæ,

Sicut locútus est ad patres
nostros, * erga Abraham et
semen ejus in sæcula.

Glória Patri.

Suffragium de omnibus Sanctis

Ant. Beáta Dei Génitrix
Virgo María, Sanctíque om-
nes intercédant pro nobis ad
Dóminum.

V. Mirificávit Dóminus
Sanctos suos. **R.** Et exau-
dívit eos clamántes ad se.

Orémus.

Oratio

A cunctis nos, quæsu-
mus, Dómine, mentis
et córporis defénde perícú-
lis : et, intercedénte beáta

et gloriósa semper Vírgine
Dei Genitríce María, cum
beáto Joseph, beátis Apó-
stolis tuis Petro et Paulo,
atque beáto **N.** et ómnibus
Sanctis, salútem nobis
tribue benígnus et pacem;
ut, destrúctis adversitati-
bus et erróribus univérsis,
Ecclésia tua secúra tibi sér-
viat libertáte. Per eúm-
dem Dóminum.

R. Amen.

Concordat cum originali. — IMPRIMATUR.

Tornaci, die 26 Februarii 1946.

J. LECOUVET, Vic. Gen.